



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.8. Dixit ad Philippum, vnde ememus panes? Quærit Dominum, vt tanto pareat miracilum eidentius, quàm illud aquarum & maris: hoc tibi sit vtilitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

ga pauperes commouebis, Christi imitatus exemplum.

§ 8. Dixit ad Philippum, unde ememus panes? Querit Dominus, ut tanto pateat miraculum euidentius, quam illud aquarum & maris: hoc tibi fit utilitati.

17 Quid hoc cælorum Domine, tunc à Philippo quæris, unde à quo tempore Magister discipulum interrogat? In sapientia æterna ab homine quæris consilium: qui ipsa est ignorantia? Nonne tu ille, qui ob scientiam tuam infamiam gloriaris: quod nulli us in rebus agendis admittas consilium, nec etiam Scaphnorum? Numquid tuo precepisti variare; ut hæc hominibus inimicet veritatem exclamantur: Quis consiliarius eius fuit? Cum quo regi consilium? Hæc sunt verba, quæ ad magnitudinis tuæ publicationem tuus repetitit potest. Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Vixem tibi posse respondere, quod Discipulum suum Philippum admittit in consiliarium: tum illum interroget. Unde ememus panes?

13. Rom. II. 34. I. Aliorum etiam in dicitur explorandum, & sequendum in cū Moyse. Ex. 18. D. C. H. Ho. de. fr. edis. repr. henjo. nibus. Tom. 3.

Mirabile quid, quod Christus se videatur illi subijcere, non quod eius consilium indigeat, ut Moyse, qui se viginti quatuor seniorum iudicio submittit, quos sibi elegit consiliarios: sed quatenus te doceat, ut submittas iudicio, & ab eo sumas, qui te minor est, consilium. Non prætereamus D. Chrysostomi præclarum argumentum; cuius consilium, quod dedit leproso Moyse. Neque enim Moyse facile par fuerit, qui ut D. C. H. Scriptura ait omnium hominum erat mitissimus, amicus Deo, & in externa Phil. sophia bene instructus, & non minus spiritualium intelligentia instructus: multis Prophetis familiaris fuit Deus, sed nulli scit Moyse: nam alijs per anigmata &c. Omnium Dominus seruo sicut Amico loquitur. Erat itaque sapiens tam domesticam quam peregrinam eruditione Erat potens in opere & verbo. Imperabat creaturæ. Eduxit tantum populum ex Ægypto, dimisit mare: &c. Nihilominus talis homo non aduerit rem quam mortalium plerique facere consuevit. Sacer eius homo barbarus statim aduerit, & in medium attulit: &c. Consiliarijs enim omnes opus habent etiam si Moyse conferri possint. Multa enim sunt, quæ magis, & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parus, ab illis que scire solent. Verum ille barbarus, ubi videt Moysem quadam præter dignitatem facere, eum correxit dicens: non recte hoc secreti studio laboro consumeris, &c. Nec sic exaspera-

ri est ille sapiens, ille intelligens, ille tot myriadam dux. Hæc audiens non erubuit, non est confusus non est reueritus subditos, non dixit intra scriptum. Con: ement me subdit, si ab alijs quid facerem si didicero sed obtemperauit, & fecit iuxta consilium illius. Moyse fecit omnia, inquit S. Scripura, Quæ ille suggesserat. Hæc D. Chrysostomus hæc de Moyse referens historiam. Hinc contra multos disputat, qui ne dicatur, quod consilium acceperint, vel non adueterint, multas committunt absurditates. Si Naaman dux potentissimus, per quem Dominus dedit salutem Syria &c. Suis non audiisset famulos, quæ ratione prospere iter illi successisset? Et scripsit hoc inquit D. Chrysostomus) ipse Moyse: Memoria commendat: non ob aliam causam quam ut nos doceret, ne unquam de nobis ita sublimem sentiamus.

singulari proterius consilio nos Spiritus S. præmonuit, ne crederemus, quod in te, qui solus licet æternæ clarissimus, possint cadere tenebræ ignorantia, nec vlla ratione tibi opus esse, ut quempiam interroges: Sol illuminauit &c. Abyssum & cor hominis inuestigauit, & in altitatem eorum excogitauit, &c. Et non eget alicuius consilio. Tunc quæris, Unde? Nonne tibi manus, ut ex eodem nihilo educas cælos, & terram, & de istidem tenebris lucem fulgentissimam, ex qua ratione tuus dixit Apostolus: Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere? Ignorabas illi, Unde tot tamque mirabiles formæc stellæ, istaque luminaria a deo fulgentia, quæ mundum illuminant vniuersum? & unde tantam produces arborum, plantarum, fontium, mineralium varietatem, qualem in terra, cuiusque visceribus esse cognoscimus? Unde? Numquid tibi manus non sunt adeo potentes, ut ex eodem luto in illis sumpto oculos procrees clarissimos illi, qui his ortatus in lucem prodierat? Numquid tibi vox efficax adeo, ut ex eadem lepra munditiam educat, & de sereno mortuum ad vitam, quinimo de ipso sepulchro vitum proferat ipsum, qui in puluerem redactus computruerat? Unde? an tibi potentia deest, ut de sterquilio tot horrendis & abominandis ferentibus (intelligo Magdalenam) vitrum conies crystallinum in Ecclesie tue lucem, ipsis cælis multo purius? Unde? Numquid non vales de homine adeo debili, ut ad viam vocem de tua corruat confessione iurando, negando, periuurando, & anathematizando quod te minime nolet, per am formare Ecclesie tue fundamentalem, cui fides innitatur, & omnium fidelium, sanctorumque eius

II. Christo non deerat potentia. 2. Cor. 4. 6. D. 3. consilio,



confessor tantâ firmitate sollicitam, vt eam, nec ad punctum quidem, tota possit inferni potentia diuoueri. *vide* : Tantumne tibi non est robur, vt de lupo carnifero, persecutore obuiumque tuarum bellione pastorem procees tam securum, qualem notimus Paulum, qui sanguinis sui, vineque dispendio pro earum ster inuitus in acie defensione. *Videt* Tunc periculis *vide* ?

63. 28

Quanto videtur, quod ipse Euangelista nos commens admiratione suspensos, proueniat dicendo, ne sic inte ligamus, nec suspicemur, quod illa Saluatoris interrogatio processerit ex ignorantia, quæ in illum cadere non poterat, qui Dei erat sapientia, & quid acturus erat iam concluderat: sed quod hoc fecerit, tenens eum: *Hoc autem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat, quid esset faciurus.* Præuocatur Spiritus S. *inquit* D. Athan. quod prodituri forent hæretici, quales fuerunt Arianj, qui docerent Christum putam esse creaturam, multaque ignorare: ad hoc disponit, vt ea in occasione, qua quaerit, nos præuocet Et angelista, quod non interroget ex ignorantia, ille qui nouerat omnia, sed *Tentans eum.* Perpendunt hæc verba SS. Patres Philo-

Sen. a. con-
tra Arian.
post med.

sophando, & causas huius inquirendo interrogatio: quam verò communiter dant hi omnes, ea est, quam singulariter prosequuntur D. Chrystost. & D. Hieronymus, quod illa scilicet Redemptoris interrogatio ordinata fuerit, vt huius miraculi, quod facere proposuerat, innotesceret magnitudo, quia ad hoc conueniebat, vt certa primò, claraque fieret confirmatio, nullum ibi panem fuisse, nec quidquam, quo tanta populi multitudo posset sustentari, sed nec singulis mica erogari, vt videndo postmodum victus abundantiam omnibus præparatam, pateret euidenter hoc ex manu Saluatoris provenire potentia.

He. 4. in
Iuanm.
In c. 24.
Matth.

III. Christus de panibus quæsiuit, vt miraculū pateret. Admiramur omnes diligentiam, & sollicitudinem, qua vult Spiritus Sancti, vt minutim scribatur, & certificetur numerus ex Jacob descendentiū, qui intrarunt in Ægyptum, quo tempore Ioseph pater habenas in illa provincia moderabatur omnes etenim ad numerū referuntur. *Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum. Ipse cum libris suis, primogenitus Ruben, filij Ruben Heuoch, & Phallu etc.* Et concludit summam illorum comprehendens, *Cum autem anima, qua ingressi sunt cum Jacob in Ægyptum etc. Sexaginta sex.* Q. ait D. Chryostomus *Quare S. Scriptura numerum tantâ diligentia annotauit. Optima ratio, vt consideratio possit*

IV. Numerus filij Iacob ingreditente, Ægyptū cur? *Gen. 46. 3*

modum magno illorum numero, qui ex tam paucis excreuit, Dei veritatem in suis promissis, quæ Iacob iurauerat, inspiciamus. Iam noli, inquit, quomodo Ioseph ad tantam se videns in Ægypto regiam sublimatum dignitatem, ijs præteritis quæ inter ipsum fratremque ante fuerant transacta, quibus se ipsum aperuit quoniam ad patrem suum Iacob, in terra Chanaan habitantem miserit requirendum, vt cum omnibus filij suis, familia, & pecoribus in Ægyptum descenderet, ubi omnibus in tanta panis inopia prospiceret, & quidquid ad vitæ subsidium foret necessarium, ministraret. Patriarcha Iacob hoc ausu nuntio, illud perficere timuit: iudicabat enim vir prudens, vt arduum hoc esse negotium, totam suam mutare domum, bonaque transmittere, sed illud multò difficilius in Ægyptum proficisci. Deum consulit, petitque consilium quid in hæc re factū opus sit. Respondet illi Dominus: noli timere, descende in Ægyptum cum omni domo tua, filijs, & armenus, prout tibi tuus consulit filius Ioseph: amen dico tibi, eum ero semenque tuum multiplicabo vehementer: *Ego sum fortissimus Deus patri tui.* Noli timere, descende in Ægyptum: quia in gentem magnam faciam te ibi. Expendit noster Cardinalis Caietanus, quod Deus sumere soleat nomina operibus, quæ facere vult, conformia, quia vero id, quod promittebat Iacob, tale erat quod diuinam suam plus satis requirebat potentiam, ac fortitudinem: idcirco nomen hoc sumpsit: *Ego sum fortissimus Deus etc.* Vt autem Deus hoc potenter impleverit. Statuit primò fiat supputatio, & pateat quàm paruus sit numerus filiorum, nepotumque Iaco, qui in Ægyptū ingrediuntur, vt dum post aliquam temporis moram, quando de Ægypto egrediuntur, fiat certificatio eorum qui multipliati sunt, & inter se collatis, diuine pateat veritas promissionis: nec non obur virtusque potentissimi sui brachij eius innotescat: eo igitur sine statuit, vt ad egressum ad numerum omnes transcant, qui multiplicati superuenerant, quem dum recensent patuit quod ducentorum & quindecim antinotum tempore, cum tantum sexaginta sex intrauerint, ita fuerint multiplicati, vt eorum numerum supputans dicit S. Scriptura *Sexcenta sex millia pedicuum virorum absque parvulis, sed & vulgus promiscuum innumerabile etc.* Idcirco inquit D. Chryostomus voluit Deus exacta insinueretur ratio parui illius numeri, qui profectus est in Ægyptum, vt postmodum magna diu-

modum magno illorum numero, qui ex tam paucis excreuit, Dei veritatem in suis promissis, quæ Iacob iurauerat, inspiciamus. Iam noli, inquit, quomodo Ioseph ad tantam se videns in Ægypto regiam sublimatum dignitatem, ijs præteritis quæ inter ipsum fratremque ante fuerant transacta, quibus se ipsum aperuit quoniam ad patrem suum Iacob, in terra Chanaan habitantem miserit requirendum, vt cum omnibus filij suis, familia, & pecoribus in Ægyptum descenderet, ubi omnibus in tanta panis inopia prospiceret, & quidquid ad vitæ subsidium foret necessarium, ministraret. Patriarcha Iacob hoc ausu nuntio, illud perficere timuit: iudicabat enim vir prudens, vt arduum hoc esse negotium, totam suam mutare domum, bonaque transmittere, sed illud multò difficilius in Ægyptum proficisci. Deum consulit, petitque consilium quid in hæc re factū opus sit. Respondet illi Dominus: noli timere, descende in Ægyptum cum omni domo tua, filijs, & armenus, prout tibi tuus consulit filius Ioseph: amen dico tibi, eum ero semenque tuum multiplicabo vehementer: *Ego sum fortissimus Deus patri tui.* Noli timere, descende in Ægyptum: quia in gentem magnam faciam te ibi. Expendit noster Cardinalis Caietanus, quod Deus sumere soleat nomina operibus, quæ facere vult, conformia, quia vero id, quod promittebat Iacob, tale erat quod diuinam suam plus satis requirebat potentiam, ac fortitudinem: idcirco nomen hoc sumpsit: *Ego sum fortissimus Deus etc.* Vt autem Deus hoc potenter impleverit. Statuit primò fiat supputatio, & pateat quàm paruus sit numerus filiorum, nepotumque Iaco, qui in Ægyptū ingrediuntur, vt dum post aliquam temporis moram, quando de Ægypto egrediuntur, fiat certificatio eorum qui multipliati sunt, & inter se collatis, diuine pateat veritas promissionis: nec non obur virtusque potentissimi sui brachij eius innotescat: eo igitur sine statuit, vt ad egressum ad numerum omnes transcant, qui multiplicati superuenerant, quem dum recensent patuit quod ducentorum & quindecim antinotum tempore, cum tantum sexaginta sex intrauerint, ita fuerint multiplicati, vt eorum numerum supputans dicit S. Scriptura *Sexcenta sex millia pedicuum virorum absque parvulis, sed & vulgus promiscuum innumerabile etc.* Idcirco inquit D. Chryostomus voluit Deus exacta insinueretur ratio parui illius numeri, qui profectus est in Ægyptum, vt postmodum magna diu-

Gen. 46. 3. V. Deus nominatus operibus, fortitudo

Exod. 12. 27.

hæc

in manus potentia clarificet evidentiis.

VI. Quæ fuerit hora Christi miracula faciendi? *Nondum venit hora mea.* Omnis alij interpretati onibus intelligere possumus, quod illi dixerit, nondum venit hora mea illud faciendi miraculum Miracula faciebat Dominus, ut illis diuine suæ personæ fidem fundaret vel augetet: vnde illa propria erat hora, ea faciendi quando clarus diuina sua virtus patefceret: & hæc ea erat, quando omnibus ita patens & manifesta erat necessitas, ut respiciu esset iam nullas in natura esse vires reparandæ necessitati: proinde qui tunc illi succurreret, virtute polleret diuina. Ad phasim loquitur Pharaonem doctissimi: alij enim canantibus, & multiantibus, ipse nec labia nec linguam mouens obmutescit. Sicut dixerit illi: Magister tanta respondet, nondum venit hora mea hanc musicam suscipiendi, donec alij vires suas, tempusque expleuerint. Hoc supposito purissime dicere voluit Mari suæ nondum venisse horam suscipiendi miraculi patriationem, ut enim hoc pateret, ratio suadebat, ut primo vini defectus euidenter constaret, & quod hydrijs illis continebatur, aqua esset pura, quatenus videndo postmodum ex ipsdem depromi vinum diuina eius virtus immo te cret.

VII. Aquarum miraculo detrahitur. *Exod. 17.* Sinistrò Deo successit (pareite verbo) facere miracula non prauilla hæc asseruntur. Notat D. Basilus id quod contigit, quando primum Deus operatus est aquarum miraculum. Egredietur Populus de Ægypto, desertum ingrediunt, ad montem accedit Sinai ubi ob aquarum amaritudinem siti omnes deficiebant. Accurrit ad Dominum Moyses, & populi magnates congrega, & illis comitatus petram illam accede ad pedem montis Oreb, & coram ipsillam virgâ percute, fluentque gurgites aquarum copiosissimi. Præceptum implet Moyses, & Dei mandato facta conueniunt. Bibunt omnes, omnesque satiantur, verum illos continuo videbis, operi huic detrahentes, dicendo: quod non tantæ esset hoc miraculi in potentia, poterat enim fieri, & sic erat, quod iam in petra fons esset, qui ex illo debebat moueri scaturire, sed non ebulliret, quia non habebat aqua, quocirca quod Moyses fecerat, nihil erat amplius, quam in ipsa petra virgâ percus-

sione os aperire. Hoc (inquit ille) verbis illis voluerunt indicare blasphemis, quæ dixerunt diuina detogendo potentia: *Quoniam percussit petram, & fluxerunt aqua, & torrentes inundauerunt: Numquid & panem poterit dare? Nequaquam inquit, nobis aquam de petra produxit, sed in ea os aperuit, quo aperto ipsa quæ intus latitantes toras ebullerunt: Fluxerunt aqua.* Eo modo quo fluere, quæ cantharis comprehendis si officium aperias, quo scaturiant. Eo quod primum facta non fuerit euidentis certificatio, quod ibidem, nec aqua, nec fontes essent, occasionem lumperunt, diuinam in hoc opere negandi potentiam, quo sicut eorum tulerant, dixeruntque, quod non ex illo, quod ibidem parauit, potum illis erogando, virtute valeret cibum illis in fame ministrari. Modo necessarium est, ut cum isto populo, si pascere volueris illum, exacta prius fiat asserio, quod ibidem nec sit aliquid ad comedendum, nec ratio modusque conueniendi.

Eodem modo, quando populus illi egressus est de Ægypto, iterque suum terram versus dirigebat promissionis: petens Pharaon, quod illum captiuitate absoluerat, illum decreuit persequi, quatenus in pristinam reuocaret seruitutem: eo animo comit exercitum, quo nullum vidit Ægyptus nunc osiorem: vnde illum populus insequentem à tergo expauit, fugamque meditatur, sed fugere, non potuit: constringitur enim mari litore. Confugit Moyses ad Dominum. Quid consilij Domine? Percute virgâ iube Dominus, vnde, elagi & iter pandetur aperitissimum, quod & factum est, sicque pedes sicco mare perueniunt. Paucis post diebus illos videbis virtutum erigentes animum, quem sibi in Deum consecraram hoc illi asseribentes, quod ille esset, qui de dura nimis illos Pharaonis eduxerat seruitute, viamque per mare floridam aperisset: *Hi sunt Dns tui Israel, qui te eduxerunt de Ægypto.* Fuit autem talis hic casus, cui etiam factum fuisset hoc festinato miraculum, nec Deus singularem præstitisset certificationem, quæ populus ille rudis vidisset, quod illi ipse esset, qui tale pararat miraculum, hinc virulo attribuerunt eo igitur igitur, inquit, Dominus modo facta, ut in simili cognoscas occasione, quod mea diuina sit virtus, quæ hoc vestitu beneficium miraculum operatur. Postquam adra givæ ante se conuigta, ut illis transiendus occurreret ad ingressum terræ promissionis, Iordanis flumens, manat Dominus, ut prius ad oram fluminis triduo consistant, rapidos considerent fluminis

Pf 77. 10.

39

Exo. 14. 16.

VIII.

Exod. 32. 4.

XI.

Tali detractioni occurrit.

Dominus.

fluminis.

(a)
De mar
umar.

fluminis (*) descentes, clareque cognoscant
suis viribus illum posse transmittere esse omni-
no impossibile. Sæpe sæpius vno, alterouè die
illum inspiciant, oculisque pateat transitus flu-
minis impossibilitas, vt dum postmodum claris
intuentur oculis, quod eo momento, quo cede-
ris arca Sacerdotum humeris delata subintrat
fluvium aquæ diuiduntur, fateantur hoc divinâ
fieri virtute miraculum, quæ in illa latebat Ar-
ca: faderis: vt dicendum die Veneris proximo.

Eadem intentione volens Saluator signum
hoc edere singulare, quod nobis in Evangelio
describitur, accuratam prius iubet fieri certifi-
cationem, quod in omni illa multitudine nec
panis esset, nec alimentum. Vt autem hoc pateat
inquirendo percontatur: *Vnde ememus panes?*
Et: Quo referente Evangelista, quasi sedulam

X.
Quæren-
dum est
vnde tibi
hæc om-
nia.

instruerunt Apostoli disquisitionem, inuesti-
gando, quot possent panes inuenire? & nulla-
tenus præter quinque alios inueniunt: vt quan-
do patebit abundantia, clarè cognoscant hanc
dumini Christi manibus imputandum. Insuper
& hoc expediret, tu quoque rationem inires,
tesque ipsum interrogares, *Vnde?* Vt hanc fa-
ciendo certificationem cognosceres, de cuius
illud manu proveniat, quod possides, & quis
ille sit, qui te sufficienter emittat, Deus, vel
diabolus. *Vnde: Tibi Domina illa saga, illa tuni-
ca, illa vitra, illa torques preciosa, illa omnia*
viribus opibusque tuis tam inæqualia? Perpen-
de, quod non solum de manu Dei non ista pro-
fluant, sed ex enormibus, criminibus, quibus
illum, & prouocas, & offendis, & quantum in
te est, denuo crucifigis. Si quis tibi diceret,
vestem tibi dabo ornatiſſimam, & donumque pre-
tiosissimum, si Christi Domini nostri imaginem
lanceâ transfixeris, aut crucifixum flagris con-
deris. Num illud esses factura? Iesus, Pater mi,
& quis hoc de homine posse imaginari Chri-
stiano? Noueris ergo, respondet Apostolus, quod
illud, quod agis pro vestimento; gemma, pecu-
nijs alimento, quod alter tibi retribuit, non ima-
ginem Christi transfodias, sed ipsum Chri-
stum etenim, quantum in te est, clavis iterum
affigis cruci Saluatorem: *Rursum crucifigentes*
sibi met ipsi filium Dei, & ostentus habemus. Vi-
tius scilicet suis & concupiscentijs; nam quan-
tum ex parte vestia est, ad hoc illum exponi-
tis. Fierine potest talem vestem, tale subsidium
de Christi sanguine promanare? Quando tres
illi strenui milites, vt Davidis satisfacerent de-
betio, de cisterna Bethlehem aquam adduxe-
runt periculo sanguinis sui: dum illam David

Hebr. 6.6.

iam esset haustus, substitit, & ait: Hanc ego
bibam aquam, quæ tantos exposuit vitæ disci-
mini Juces exercitus? *Sanguinem beatusm isto-*
rum bibam? 2. Reg. 23.
17.

O mulier, si quando tunicam induis sericam, 30
quam tibi diabolus adduxit, diceres, hac ne ego
tunicâ Christi sanguine comparatâ superior
induar: Numquid ornatu, qui de illo procedit,
quo Christus crucifigitur, leuius adorabor?
Vnde: Domine mi tot sericinis, tot in domo tua ta-
petia, tot in vestibus tuis serica, nisi de rubro
sanguine pauperum: tibi namque ministri, & quis pau-
mercenarij detines sudorem, tibi facultas es al-
terius coacervas inter illos numerandus, in quot
grauiter vates inuehitur Hieremias: In alijs suis
inuentus est sanguis animalium pauperum, & in-
nocentium, Hebræi legunt: In veste tua preciosa:
Habebant enim illi vestes admodum largas,
multis strigis (quæ alæ dicebantur) conuolutas,
ad modum pallij, supra modum eleganter ad-
ornatas, hic sanguinem conferuas animalium
pauperum, quorum, tibi detines facultates, de-
bitaque non solus prædone voracior. Heu de
quantis dicere liceret, quod D. Ambr. dixit de di-
uite Epulone: *Ipsius mensa multorum pauperum,*
constrabat sanguine, & ipsius pocula multorum quos
ad laqueum coegerat, rubebant curore, &c. Vnde:
Tibi metator tanta in domo tua copia diuitia-
rum, quem tribus ab hinc diebus vidimus dis-
calceatum, nisi de pauperum facultatibus, quas
tuis vltis, iniquisque contractibus tibi compa-
raſti?

Mouet Lyranus questionem circa illud, quod
Tobias contigit seniori, narrat enim Spiritus S.
quod cum cæcus esset, vocem domi suæ capri
audiuit balantis, vnde non leuiter commotus
audire interrogare *Vnde: Quis illum huc detulit?*
& monuit, serio perperè derent, num forsant es-
set furto conquisitus: *Videat ne fors furivus sit,*
Dicitio mhi, Sanctissime senex, vnde tibi talis
orini potuit imaginatio? Nonne hoc iudicium
tines esse temerarium? An tuam non cognoscis
vixorem pluribus ab annis innocentem? An non
aducitis te gravem illi iniuriam? Imo-
tiam, vt talem illam, fert molellè, maritoque
respondet indignata. Optimè, respondet Lyra-
ranus, argumentatur. Nouera enim familiam
suam esse pauperem, eisque lucra perip uca,
eque tantum, quæ sibi propria poterat vxor
opere te trino conparare: *Procedebat quotidie*
ad opus texturium. In domo pauperis, inquit le-
nex pij limus, vix panis ad victum inuenitur,
vnde caper? Huius non conuenit statui: *Videte*

2. Reg. 23.
17.

XI.

In alijs
tuis inue-
nitur sa-
guis pau-
perum

Hier. 2. 34

D. AMBR.
Ls de Na-
bu h

Isra: lita

6. 5. To. 4.

Ine. 2.

Tobia.

XII.

Vnde

Tobia

ſit uara

de furto

ſuſpicio?

Tob. 2. 21.

ne forte furivus sis. In domo alterius viri literati, cuius salarium, nec ad mille ducatos excrevit, & illos expendit, & plura singulis annis, & quod post paululum in ea mille milia numerentur? *Vide ne forte furivus sis.* Vereor, ne de lucro, de iniustitia, & de parva proveniant manuum munditie. *Vide?* Unde illum, qui tribus, abhinc diebus, nec sedem in domo habebat modo vides multis censibus, opibusque non modicis, tractibus & contractibus comparati prædicitatem? *Vide ne forte furivus sis.* Quando te gaudeas sufficientibus instructum medijs: vides autem, quod Deo serviendo, subveniundo pauperibus, hospitalibus succurrendo, gravando neminem, adhuc tibi superfluat, certo noveris tibi hæc omnia de misericordia Dei manu provenire.

31 Quam bona fuit illa Iacob sanctissimi cum Laban socero contestatio. Conscium tibi est cor tuum, parva fuisse & modica, quæ possidebas dum domum tuam ingredereris: *Modicum habuisti, antequam venirem.* Et quod postquam accessi, opes tibi creverunt ipsis spumis vberiores: armenta tua his in montibus, & divitias hæc in domo tua supra modum certis esse multiplicatas. *Vide tibi persuades hæc omnia, illi de divina manu profuissent?* Id adverte, illique gratias ages, & considera quod hoc ipso devincere te voluerit, ut cum agnoscas, ames eique servias. O quam beata foret illa in te verificatio, quod eum antea te videris, omnibus inopem; modo divitem familiam, & omnibus abundantem, te esse congaudeas, si non interuenerint vsure, seu contractus iniusti, divinæ hæc manus adscriberes omnipotenti, & ipsam esse, unde hæc tibi profuxerunt: Ex hoc cognosceres, quam sedulo illi servire teneris. Quam prudenter ageres, optime civis, si quando tua in Republica te videas familiam, facultatibus, tanque prædicitatem, quæ omnia nec tu lucratus es, sed nec lucrari potuisti, nisi quod te, Deo creante, tui patris filium, viri primarij nullo tuo labore, nullâ opera heres illi successeris, cum te create ponerit Egyptij filium pauperimum. Tu vero Baro in cluce, conferendo, unde tibi provenit tantarum Dominum esse baronarum: num illas tu meruisti, num tunc adscribendum industriæ, num putæ Domini nostri misericordiam, acceptum referre, dum, qui te fecerit eius filium cuius tu talem obtineres hereditatem? unde tibi contigit in natura tam bona vigere conditione, & in domo tua sufficienti quantitate, nec non illius te Doni-

Hieron. Bapt de Lanna, Tom. III.

minum esse dignitatis? O quam expediret, ut cognosceres divinarum hoc esse opus manuum, ob quod illiteneris studio servare, singula. O quam sapiens esset ista confirmatio, si considerans te ipsum hominem animam præditum rationali creatâ ad imaginem Dei, omnium eius celestium capaci divinarum, Ecclesia sanctæ filium, luce fidei supernâ illustratum, quæ tam innumera careat provincia, gentes, mundi que nationes infidelitatis tenebris obvoluta illis omnibus pereuntibus, æternamque damnatis tu scias, & esse te gaudeas in porta, & in regni celestis, æternamque atrijs; deinde quod hic vernas vberim ipso Dei partum alimento quod tibi a sanctissimo tradit Sacramento, nec non natum maculâ peccati pollutum sanctissimis abluerit aquis baptismatis, suum te per gratiam filium gignendo legitimum: ille denique tibi referret hæc medicinas omnibus infirmitatum generibus curandis efficacissimas, quodque tibi statuerit medicos qui te curent. Confessarios, qui te abluant, Sacerdotes, qui te Deo reconcilient, Magistros, qui te doceant Prælatos, qui te regant, Angelos, qui te custodiant. Supputa rationem & inquire diligenter: *Vide?* Quis tibi hanc infudit animam? De cuius prodigi manu? Quis eam creavit? Quis hanc tibi divinam concessit fidem? Gratias istas celestes Numquid horum aliquid tuis poterat ipse viribus adipisci? Hinc cognosce divinarum opus hoc esse manuum, illique gratias referas immortales, Apostolo suadente: *Gratias agere Deo Patri, qui Col. 1. 12. dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transfudit in regnum filij dilectionis sue, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum.* De quibus diximus tecum de vinea ageremus.

§. 9. Hoc autem dicebat tentans eum. Tentat Christus Philippum, ut eius fidelis electus delegatur, ad cuius mensuram ipsius sunt miracula & omnium suprema fuit illa vinctu sanctissima.

32 **P**orro magis ad litteram expendamus rationem, quam dat Evangelista eius interrogationis, quam Dominus Philippo proposuit, quam dicit non ex ignorantia processisse: præsciebat enim quid esset facturus, sed quod illum tentare voluerit. *Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus, quod bene*

E bene